

Ex necessitate etiam jucundat̄ fieri necessitudinē.

Nec amicorum necessitudo tot̄ Orbī delicias fecit,

Quo aquæ & aëris amicā necessitas,

Hinc sc̄e ipsam natura miratur;

Et vēl se prius non extitisse,

Vel nunc existere se aliam credit.

Nam quando in hortis effēta defloruit & languet,

In hoc cum arte connubio velut juvenescens,

Extra Ver etiam

Et fingeit flores, & pingit:

Non tamen mentitur, ubi est qui metitur,

Inter ipsas aquas suis è cineribus renascens

Veneris capillus.

Nec id deliciantis naturæ solum est deliciū,

Aliam se esse ex quo nupsit arti:

Hæc totius Theatri vox est.

Et si alia non est, certe aliter est.

Vide sis, dum vel in solis aquis ludit;

Quas formas non induit, propriam tamen non exuit:

In mille formas aquam transformat, non deformat

Novus Proteus.

Sine fulgore eam d̄ ffundit in radios;

Sine igne figurat in stellas;

In ormis extendit in jacula; innubis crispat in pluvias;

Sine calore accendit in fulgura,

Sine frigore conglobat in grandines;

Et dum sic undique armatur, ubique tamen amat̄ur,

Quia innoxia s̄evit:

Nam lymphantēm naturam ars docuit mulcere lymphis.

Et verò mirandum,

Leges accipere, quæ assueta est præcipere:

Ad nutum artis paret, cuius è voto omnia ars parat.

Natura rerum omnium proma condā,

Condit uterque suo discolorēs liquores,

Jubēn-